



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessoriorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Obses

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

si autem sunt æqualia, primum.

2 In obligatione generali, etiam cum iuramento, non veniunt ea quæ non intendebas: talia autem videntur esse, quæ si tunc cogitasses, ad ea te non obligasses.

* *Fum. obligatio, Syl. eod. num. 3.* dicentes in generali obligatione non venire ea, ad quæ homo speciatim non se obstrinxisset. *idem Ang. eod. num. 4.*

3 Obligaris pro te negotium vtiliter agenti, nisi contrarium sis protestatus. *Syl. l. c. n. 7.*

4 Obligaris ex filij tui contractu conuerso in tui vtilitatem, vel si habes eius peculium.

* *Id. ib. nu. 6. Ang. eod. nu. 13.*

5 Obligatus coquere familiæ pro certo pretio, tenetur etiam si illa aliquantum augeatur: quod si grande esset augmentum vel decrementum, augendum etiam vel minuendum pretium.

6 Nemo potest se obligare ad pœnam mutilationis, quia non est Dominus membrorū.

* *Nau. c. 15. n. 11. ex l. liber ff. ad l. Aqu. & D. Th. 2. 2. q. 64. ar. 5.*

Membrum est pars corporis: corpus tuum tibi non licet vita priuare: quare neque tibi membrum secare potes. *Sot. l. 5. q. 2. art. 1.*

Obses, vide Bellum.

1 **O**bsidem dare potest Papa Clericum, vel Religiosum, & Abbas Monachum

V 7

pro

pro Monasterij vtilitate. *Vide Syl. vers. Obses-
num. 2.

Occultum, vide Manifestum.

Odium, vide Charitas.

OFFICIUM.

1. **O**fficium Reip. nisi vtiliori detur, seu di-
gniori, quidam putant esse mortale, alij
sufficere, si detur idoneo.

*Vide *Val. t. 3. d. 5. q. 7. p. 2. de accept. perso. in
off. secul. Bannes q. 63. art. 2. prope finem* ait pec-
care contra iusticiam distributiua digniori-
bus non distribuentes: idem *Salon. 2. 2. q. 63.
art. 2. controu. 9.* si sint cum administratione
coniuncta.

Idoneo } *Caiet. vers. Electio.*

2. Officia Reip. vendere, illicitum quidam
aiunt, alij negant: certè non expedit, nec au-
sim probare: multa enim ex eo mala.

*Illicitum } *Adria. in 4.*

Negant } *Fu. V. officium D. Thom. Sor. & alij ci-
tati à Bannes l. c. vide Mol. d. 91. Salon q. 63. ar. 2.
cōtr. 8. qui putat licere vendere officia, Arra. l. c.*

3. Potest princeps compellere subditum ad
suscipiendum officium publicum. *Vide Thom.
ep. 4. & 21.*

**D. Tho. ad Ducissam Brab. Fum. V. Officium. 1.*

4. Officialis, si habet stipendium sufficiens,
non potest pro suo monasterio aliquid acci-
pere,